

recipiuntur, quia ut illa cum alijs integris commutentur, æquum est aliquid plus dare, dummodo sit tantum, & vltu receptum, vt via fraudibus occludatur, vel ad alios vltus ad quos nativum habet iuvementum: nã considerando qualitatem monetæ, habet vel alium diversum valorem à lege distinctum: qua ratione poterit quis nullissima optimi auri vltra legalem valorem, quo æstimatur, vendere, dummodo augmentum illud sit exiguum, quia tunc nulla est vera seu propria emptio aut venditio, sed commutatio ad vltum humanum vtilis: quod vice versa locum habere potest: est enim forte pauper, qui minutim pecunias expendit, pro quibus ideo aurum exhibet, vt sibi ad vltus familiares servire possint vel forte est dives, qui argenteo ad fabricanda vasa opus habet, & ita hanc sententiam in privatis quoque manifeste insinuant, & volunt Doctores præcitati, etiam præmittant se tractare rem istam quoad publicos camplores: idem Sylvester. vbi supra. n. 2. & 3. & latius optimusque Doct. Soto lib. 6. de iur. & iur. quæst. 9. art. vnic. per totum, pag. mibi 559. & sequenti, dicens in 1. col. ad medium, & loquens generaliter in cambio hatu monetarum, hunc esse vltum receptum, qui neutro foro, aut exteriori, scilicet, aut interiori condemnatur, & in 4. col. ad fin. id licere etiam privatis probat, eandem sententiam sequitur, & late probat Doct. Covarruvias vbi supra, & vltra eos Caietan. in sua summa ver. b. usura. exterior. versio. et. ius. si quis nummos aureos, &c. & Doct. Navar. in Manual. cap. 25. n. 91. & in commentar. ad cap. si de usur. ad fi. Manualis positus n. 43. & sequenti, melius in cap. 28. addit. Manual. in addit. super cap. 23. n. 84. vbi octo respectibus probat posse contingere vnum nullissima magis valere alio eisdem valoris, & præcipue loquitur En doblones y escudos. vt permutari possint alijs monetis eisdem valoris, non tamen eisdem qualitates habentibus, aliquo pluri recepto vltra precium commune à Rege constitutum: Eandem sententiam loquens taxative En doblones, vt in permutacione eorũ liceat vnum argentum vltra æstimacionem legis exigi, & portari rationibus prædictis, secus En coronas, y en otras monedas baxas, porque en estas (alã las qualidades del oro de doblones, tenet Mercado de tratos y contratos, tit. Del cambio manual, o venta de las coronas fol. 7. vers. Lo segundo es de advenir, per totum folium, & folio sequenti: eandem partem latissime probat & tuetur novissime Magist. Palat. lib. 4. de contr. & rest. cap. 1. per totum. Sunt tamen nonnulli alij, qui etiam in publicis camplores id permittant, in privatis tamen personis negant, atque illicitum esse probant, nisi ratione consuetudinis, vel ejus, quod vere interfit ipsius recipientis ratione damni emergentis, vel probatissimi lucri cessantis, vt in exemplis positus & assignatis per egregium ac religiosum virum Ioan. à Metym. C. de restit. cap. de pecunia. an vñdi possit, vbi agit de cambijs fol. 157. & sequenti, vbi hanc sententiam negativam late deducit, ac pluribus comprobat, dicens, quod nunc dicitur introducta consuetudo vendendi duplos ducatos aureos pro viginti tribus regalibus, & amplius, & ante eum Caiet. in tractatu de cambijs. cap. 5. & novissime Doct. Albornoz (reprobant nuncupatim Navar. & Mercado vbi supra, tenentes contrarium) in suo lib. 1. Del arte de los contratos, tit. 4. De los cambios in glos. Cambio pro officio fol. 125 col. 1. dicens eos errasse in intellectu legis Regiæ loquentis in officiali publico camplore, & maxime lapsos esse, dum eam generaliter intelligunt: hujus autem sententiæ primum fundamentum est illud (cui omnes contrarium tenentes respondent modo supradicto in 1. part. & sententia hujus questionis) nempe, quod his monetis taxatus sit valor à Rege, nempe hodie per l. 13. tit. 11. hoc lib. 1. Non. Collect. Reg. Verum quo magis astringat hoc fundamentum pro ista secunda parte, &

responsiones supra ei assignatas excludantur, primo considero verba d. l. ibi, que de mas del dicho precio no puedan correr, ni pasarse, ni venderse en alguna manera, Põdeo enim in primis illa verba. No pueden correr, ni pasarse, ni venderse, quæ generalia quidem sunt, & vtrūque modum æstimacionis earundem monetarum comprehendunt, nempe sub ratione metalli, & sub ratione monetæ. Nam quamvis El correr y pasarse, referri possent ad commutationes rerum cum præd. monetis, vt pecuniis atramen dum lex superaddit, Ni venderse, perspicue videtur comprehendere nostrum casum: Nam quando res pecunia emitur, non dicitur vendi pecunia, sive moneta ipsa, sed potius metæ pecunia pro precio eisdem mercis solvenda: vnde cum lex loquens de valore monetarum dicat, Ni venderse, aperte etiam loqui de venditione ipsarum monetarum, hoc est, quando alijs pecunijs & monetis venduntur atque permutantur: tunc igitur plus haberi non potest precium quam lege illa taxatum est. Legalis ergo valor comprehendit vtramque supradictam considerationem monetarum. Præmaxime & secundo attentis verbis ejusdem l. statim sequentibus, ibi, En alguna manera, quæ magis hanc sententiam probare videtur, quasi diceret, nec vno nec altero modo supra consideratis, & ibi, So las penas que por leyes y pñmaticas delos reynos eñan, puellas a los que dan, y venden, compran, o reciben ladicha moneda de oro a mas precio, &c. Idem reprobatur ex l. 6. Non. Collect. Reg. vbi ne moneta aurea à Regno extrahatur, prohibetur, Que ninguna persona sea ofado de pedir ni llevar ni demandar ni recibir por ningũ doblõ mas de setecientos y cinquenta maravedis, y por cada castella no quatrocientos y ochenta y cinco maravedis, y por vna dobla trescientos y setenta y cinco maravedis, y por corona trescientos y cinquenta maravedis, y lo mismo en las otras monedas de oro del precio que tuviere, lo pena, &c. Quæ precia aucta sũt, per d. l. 13. tit. 22. lib. 5. Non. Collect. Reg. El ducado vñlo esta puesto en quatrocientos y veynte y nueve maravedis, y el doblõ en 858. maravedis, y la corona en 400 maravedis y el castellano de 2. e. qualates 544. maravedis. Probat hanc sententiam, quoniam credendum est legislatorum præcipue verbis supra dictis, qui certum valorem singulis monetis constituit, ad omnes ipsarum commoditates atque qualitates attendente, eaque cognovisse, cum sint notoria, & nihilominus sub gravibus penis prohibuit omnibus modis transgressionem æstimacionis valorum ab eadem lictatorum.

Quarto eadem sententia comprobatur, quia sicut moneta melioris materiæ suas habet commoditates, quia facilius numerantur, & servantur & transportantur, aliisque prædictas, ita etiam monetae miniores aut vltioris materiæ suas similiter habent commoditates, quia communibus hominum, præcipue pauperum, quorum non minor pars est, necessitatibus illis subvenitur, tum & divitijs profunt ad sibi & suis necessaria comparanda, & ita sicut ad certos effectus plus valet moneta aurea quam argentea, vel alia inferior: ita similiter ad suum certum effectum plus valet argentea & inferior, quam aurea, hoc est, magis apta & necessaria est illa quam hæc.

Quinto ipse considero, quod causæ ob quas prior sententia permittit vltra precium à lege taxati licere vendi pecuniam siue autem monetam, concernunt vtilitatem atque necessitatem potius dantis quam recipientis illum excessum. Ob necessitatem autem ementis non licet venditori carius vendere quam sit iustum, communèque; eisdem rei precium. Nec obstat si repleretur, non ob necessitatem emptoris præcipue hoc licere, sed propter qualitates eisdem monetæ aureæ eidem inherentes, sicut in omnibus fere mercibus alias cõtingit

git qualitates adesse, quæ augment valorem commune earundem: nam responderi potest qualitates illas monetæ aureæ relationem suam habere ad ipsam necessitatem, cuius ratione atque vtilitatis præminent atque suum valorem præcipuum habent, alias enim deficiente præd. necessitate & vtilitate, inanes atque sine precio essent præd. qualitates: qualitas enim actû non deducta nihil præstat: quod si adhuc eiusmodi qualitates manis augere iuste posse valorem ipsarum monetarum sicut in ceteris rebus venalibus cõtingit, eo quod ipsis principaliter adhareant, suumque esse ad extremum perfectius perducant, eas omnes taxatas à lege in precio constituto dicam. Quare recte convenit in proposito precium augeri nõ posse propter necessitatem aut vtilitatem emptoris ratione dictarum qualitatum, quantum in valore legali consideratio fuit habita, quamvis contrarium censendum sit, si hæc necessitas vel vtilitas referatur ad ipsum venditorem monetarum aurearum. Nam vt recte docet Methyma vbi supra, ratione dani emergentis & probatissimi lucri cessantis, venditoris licitum erit vltra precium accipere pro prædictis monetis aureis, & sic ex prædictis causis, quem refert & sequitur Doct. Soto. Covarr. vbi supra. n. 10. in principio. Quid tenendum in hæc:

Ego huic opinioni secunde negatiue accedo in permutacione & cambio monetæ iuxta secundum modum supra considerata, nempe sub ratione monetæ, & quatenus ei à lege certus valor est assignatus, & sic secundum proprium ipsius vltum, tam ex fundamentis supra, pro ea adductis, quam alia Regia, nempe prima, simil. 18. lib. 5. Non. Collect. Reg. qua interdicitur officium hoc cambiandi pecunias & monetas priuatis omnibus nisi in Curia Principis habentibus ab eo speciale commissioem & licentiam in alio vero ciuitatibus & locis permittitur his, quia Collegio Decurionũ fuerint nominati & electi. Alii ergo, quam supra dicti minime poterunt hoc officium exercere. Quo fit, vt nullus præter ipsos possit regulariter pro cambio dictarum monetarum aliquid vltra valorem, legalem, quamuis exiguum accipere sub reatu peccati mortalis & restitutionis nisi pena, cui possit Reipublica & Princeps minuta cãbia inter personas priuatas interdiceret, vt cõsultissime in Hispania cautum est illa l. ad obuiandum iniustitias, quæ ex precii incrementum statim obrepit, tum præsertim ad inhibendum, ne aurea moneta extra Regna trãsportetur, quod re vera absque grati Reipublicæ detrimento non fit. Quapropter huiusmodi supradict. lex fit recipiatur, obligat in cõsciencia sub pœna peccati mortalis & restitutionis vti in terminis nostris his vltus verbis tenet & probat D. Soto vbi s. in 1. concl. pag. 570. in fine, & in principio sequenti, quem sequitur libenter Doct. Covarr. vbi s. d. l. m. 4. vers. nisi lex cambi. Quo solidissimo fundamento hæc secunda pars atque sententia negatiua tenenda est absque dubio in præd. casu, præcipue cum supra dicti duo luminaria sacre Theologie, & iuris Pontificij, qui seclusa hac lege contrarium tenuerunt, ipsa tamen attenda hanc secundam indubitatè probauerint: limitari tamen ea poterit, vbi d. l. recepta minime vnquam fuit, vt tenet D. Sor. vbi s. vel eidem licet admittæ, consuetudine tamen legitime præscripta fuerit derogatum, vt voluit Medin. vbi s. sup. & præterea ratione damni emergentis, & probatissimi lucri cessantis secundum auream consideratæ primo modo ratione metalli, vt in exemplis supra positus, verior atque receptor & tenenda sententia videtur prior affirmatiua ex supra dictis, cui non obstant leges Regiæ supra contra eam adductæ atque ponderatæ, quia re vera ipsæ loquuntur respectu tantum secundæ considerationis monetarum, nempe vt numismata sunt re-

rum precia; & in commercium expenduntur, atque cum alijs monetis minoribus cambiuntur & permutantur: sic in vltum proprium conceduntur secus si ratione metalli vendatur, vt in exemplis supra positus, sicut dictas leges intelligunt præfati auctores priorem partem affirmantes, & post non idem tamen nouissime instructorum negociantium, lib. 1. cap. 28. vers. ceterum, pagin. 60.

S V M M A R I A.

- 1 Debitor quantitatis pecuniæ, vel in ea condemnatus, non possit eam offerre in minutissima moneta publica tamẽ, & à Rege approbata: Quod possit, etiã si id cõsulto fiat.
- 2 Hoc limitatur, si debitor sit obligatus soluere in certa specie, nẽpe ducatorũ in auro, vel argenteorũ in argenteo nam tunc conuentio partium seruanda erit, nec consuetudo, quæ asseritur esse in contrarium, talis est, sed potius oppositum seruetur.
- 3 Limitatur etiã si iuste legitime consuetudine vt creditor compelli nõ possit recipere in minuta moneta nisi certã partem debitis, quia tunc consuetudo est seruanda.

L. 6. tit. 14. lib. 6. Nouæ Collect. Regiæ.

Q V A S T I O C L X X I X.

Questio þ iucunda nec omittenda occurrit, an debitor quantitatis pecuniæ, vel in ea cõdinatus possit ipsa offerre in minutissima moneta publica tamẽ & à Rege approbata, quam ideo forte cõsulto cõquisiuit, vt creditoris infestaret. & sic offerendo adimpleat, an vero creditor iuste hoc factũ recusare possit, paratus recipere in moneta aurea, vel argentea, vel simili, non adeo contẽtibile: Et in fauorẽ creditoris primo facit, nã hæc minutissima moneta, quæ vulgo dicitur. Quartos y medios quartos y quaticos, nõ est facta ad cõmercia exercenda & solvenda debitorum, sed solũ ad cõmutandos maiores nummos, vel supplendũ quod excurret, vt in l. Publica, 3. Titul. ff. de deposit. quando minutum aliquod addendum, vel detrahendum est summe vel precio. Item ad singulas qualque minutissimas atque exiguas merces, vltualique parua emenda. Secundo, quia hæc moneta nigra fere omnino est arca, nimisque ponderosa & onerosa in magnis summis, vnde graue nimis esset creditoris alibi delaturu pecunias sibi debitas, imo & sumtuosum, si cõpelleretur has minutissimas accipere, sicque ratione portacionis aliquid deberet soluere, quod ex debito diminuendum foret, itaque solutio integra factõ debitoris creditoris non remaneret.

Tertio, quia fraudibus est obuiandum, ergo cum debitor hic cõsulto conquisiuit has monetas minutissimas, vt creditoris noceret audiendus minime erit, obstatẽ eidem sua fraude atque dolo. Quarto pro hac eadem parte facit l. Paulus 99. in ordine. ff. de solut. quæ ita se habet: Paulus respondit, creditorẽ nõ esse cogendũ in aliam formam numos accipere, si ea re damnũ aliquod passurus sit, vbi gl. in secundo intellectu intelligit ea verba, si ex re &c. id est, quia semper intelligitur aliquod damnũ parti hoc ipso, quod aufertur, quod sibi placeat, vt in § præterea. in fin. de actio.

His tamen omnibus non obstantibus, contraria sententia verior est, & tenenda iudicando & consulendo, imo quod hoc casu creditor compellatur recipere suum debitum vel cõdemnationem in suum fauorẽ factam in præd. pecuniis quantumcunq. minutissimis, dum tamen sint à Rege approbatæ, & tempore solutionis currentes in his Regnis. Primo, quia cum hæc moneta, quantumcunq. vilissima, sit publice ad formã & definitionem publicam facta & approbata, est vera

& proba moneta, igitur in ea solutio fieri poterit, siue in parua, siue in magna summa, cum debitor non sit obligatus ad aliam certam speciem monetæ, sed ad quantitatem in genere, & tantum valet pecunia minuta, sicut grossa, arguuntur. I. quotiescunque, C. de suscept. prapost. & arcar. lib. 10.

Secundo, quia ut prefari monetales censent, etiam in nigra & minutissima moneta tantum pro rata inest, atque dantur materiae argenti, quantum in maiori alia moneta argentea, modo proba sit moneta, ut supponitur, & consequenter solvens triginta vel centum libras in hac minutissima moneta tantum dat argenti, quantum si solueret in maiori argentea, licet maiorem molem det ob maiorem artis quantitatem, quod de iure non refert, siue plus, siue minus argenti inest, modo publica & probata moneta sit.

Tertio & in terminis allego optimam l. Regiam hac partem expresse probantem à fortiori, nempe l. 6. tit. 1. lib. 6. in qua Collecti. Reg. ibi: T. qua loc. dicitur receptores o los que per ellos cobraren, tomen y reciban de los que fueren à hazer las pagas, ia veneda que les dieren, aunque no sea moneda de oro, ni plata, siendo moneda de la que usa y corre en estos Reynos. Si ergo in receptoribus Regiis exigentibus tributa & vectigalia magno Regi debita, hoc expresse cautum est, ut in d. l. Regia, à fortiori idè dicendum erit in ceteris creditoribus priuatis: & in terminis contræ quæstionis hanc secundam partem tenet & recte probat C. de solut. in tractatu de contrah. iusur. & comm. quæstion. 99. nu. 7. 48. vbi testatur ita per sententiam præfatis Parisiens. fuisse iudicatum, & per supremum illum senatum Parisiens. recte prudenterque pronunciatum. Eandem sententiam referens Jacob Rebuffin in l. fin. C. de veter. munif. potest. tenet & probat Petrus Rebuffin in l. tom. confut. reg. in tract. de lit. oblig. artic. 1. glo. 1. nu. 3. dicens, ita in senatu postquam fuit valde disputatum, iudicatum fuisse ann. 1534 die 2. Martij, per d. l. Paulus, à contrario sensu, ff. de solut. quem refert & sequitur, & alios eandem opinionem sequens Ludovic. Mexia in pragmat. taxæ panis super ipso textu in gloss. Maranedis fol. 150.

Non obstant modo adducta supra in contrarium, & non primum, quia nullibi probatur, quinimo contrarium est verius, cum moneta mputa sit vera, publica & probata moneta, ad omniaque deferens, nec enim prædict. limitatio, de qua in d. l. primo fundamento, iure probatur. Secundum etiam cessat ex secundo fundamento huius nostræ & tenendæ sententiæ, nec quod minutissima moneta ita nimis ponderosa atque onerosa creditori sit curatur, cum debitor in genere sit obligatus, ac proinde adimpleat soluendo in quacunque moneta minutissima etiam solvens, dummodo proba sit, nec tenetur damnum præd. creditori relarcire. Imputet nâque sibi creditor, qui potuit cauere, ut in alia meliori moneta sibi solutio fieret, & non cauit: quod si id petiit, & non fuit concessus, nemo est sibi in culpa, non enim est in consideratione, quod creditoris interfuit (vtpote profecturi) non recipere in hac minutissima & ponderosa moneta, quia hoc solum attenditur, quâdo debitor tenetur in certa specie, & offert in alia, quamvis alias communiter fingibili, sed hic nõ debetur nisi quantitas in genere; qua semel oblata in quacunque moneta, proba tamen, debitor adimplet. Tertium fundamentum eadem ratione non obest, qua dicebamus, non obitare secundum, quia ad rem non pertinet, quod debitor ex indignatione hanc minutissimam monetam conquisierit, ex quo enim eam habet, in ipsaque solvere potest, quid ad rem de animo? Imo si peccauit debitor ob d. indignationem, magis peccat creditor, qui est in vltima mora & culpa, delinquendo probam & legitimam monetam, eidem aduersando.

Non obstat & quantum, nepe d. l. Paulus, ff. de solut. nã ibi debitor in certa specie pecunie tenebatur, & in alia fiebat solutio, ut constat ex verbis eiusdem l. nã sup. velat, ibi, creditorem non esse cogendum in aliam formam nummos accipere. Et ponderanda sunt verba: in aliam formam, nam hinc probatur in certa specie nummorum esse obligatum creditorem, & in alia eo: offerre: nõs vero agimus vbi debitor generaliter est obligatus vel condemnatus ad soluendam quantitatem pecunie in genere; locus ergo erit, si in certa specie nummorum sit obligatus, & sic lex illa à contrario sensu probat hanc nostram sententiam potius quam primam, pro qua fuit supra adducta.

Ex quibus prima limitatio colligitur ad supra dict. nostram sententiam tenendam, ut ipsa procedat in debitor obligato ad soluendam aliquam pecuniam quantitatem in genere, ut modo dicebam, licet mentio fiat alicuius speciei monetæ, nisi exprimitur eiusdem valor: quia tunc debitor adimplet soluendo in quacunque moneta, proba tamen.

Secus vero erit, si debitor sit obligatus ad soluendam aliquam pecuniam quantitatem in tali specie nepe ducatorum in auro, vel argenteorum in argento, vel alia specie probæ monetæ, tunc enim cessabunt supra dida, & contentio partium seruanda erit, ut in d. l. Paulus & quia aliud pro alio inuito creditore solui nõ potest, ut in l. 1. §. cõsuet. Digest. si cert. pet. quod manifeste voluit Molinæ ubi supra & expresse probant Rebuff. & Mexia vbi supra. & Præterea tenet Bartol in d. l. Paulus, nu. 3. laem in l. 1. §. vltimo, ff. de aur. & argent. leg. idem & alij in d. l. 1. §. 1. Dig. si cert. pet. & plures quos refert Covar. de monet. cap. 7. §. vnic. num. 1.

Nec obstat, quod idem Couarru. refert ibi eisdem gloss. & alios vnanimè sententiam in specie consuetudine contrarium recepti esse in facies huius primæ limitationis: quia secundum C. de solut. vbi supra quæstion. 92. num. 708. ab eodem Couarru. relatum, alio tamen diuerso numero, friuolum est, quod comminiscuntur præfati Docti. de consuetudine, quia non dicunt solutum fieri solutionem in qualibet moneta inuito creditore, sed quod communitè solet recipi in qualibet proba moneta: quod consuetudinem non arguit, sed merâ contingentiâ facti, quæ vel ex mera ciuilitate creditorum accedere potest, vel affectu & cõpõdino presentis qualicunque solutionis, metuque, ne debitor alioquin postea frustretur, vel etiam mero iure, ex quo tunc forte nõ intererat creditoris in priori moneta solui, ut in d. l. Paulus, ex quibus quantumcumque tempore nulla potest inferri consuetudo vel necessitas generalis, per ea quæ scripsit idem Molin. in consuet. Paris §. 1. gl. 4. nu. 1. Ad hoc enim ut consuetudo prædict. sufficiat esset, probati deberet solutum inuitis creditores cogi ad recipiendum solutionem in quavis moneta, etiam si eorum intererat, quod nunquã intelligitur factum, nedum probatum, & sic in veritate nihil est de dicta consuetudine, de qua refertur prædict. Doctores: sed oppositum notorie obstat, ut secundum eundem Molin. nempe quod quando obligatio contracta est ad certam speciem monetæ, nõ tenetur creditor recipere in alia diuersa deterioris formæ, nisi forsitan constet, quod sua non interfuit Verũ tamen est, quod dict. promissua & solita contingentiâ inducat, ut creditor leucrius & exacte in eadem specie exigens dicatur a ceteris & onerosius, tanquam summo iure vtens, nullo benignitatis temperamento admisso, & sic remanet firma nostra prima limitatio: quæ sublimitanda est, vbi moneta eiusdem materie afferretur & ad eandem æstimationem qua debetur, solutio fiat: tunc enim etiã vbi obligatio cõcepta fuisset sub certa specie monetæ, cogitur creditor monetã diuersæ formæ & characteris

fracteris accipere, ut expressum Bartol. & omnes citati à Covar. vbi supra, probant ex d. l. Paulus, quæ est secundum hoc intelligenda secundum ipsum.

Secunda limitatio est, quocies & vbiunque legitima consuetudine introductum fuerit, ut creditor quantumcumque quantitatis pecunie debitor in genere, compelli non possit ad recipiendum, nisi certam partem eius, veluti dimidiam, tertiam, vel quartam, aliamve partem ejus in minuta moneta, ceteri vero nummi in grossa argenti vel aurea solvantur, tunc enim prædicta consuetudini standum erit: quæ est optima legum interpretis, quinimo pro lege habetur & eidem contrariæ derogat, ut in l. de quibus, & in l. si de interpretatione, Digest. de legibus.

SUMMARI.

- 1 Pragmatica taxa panis non obliget in locis oppidisque sterilibus, como et in la sierra: Late dissentit per totam quæstionem, concluditur affirmatiue.
- 2 Leges penales non videntur obligare in conscientia ante condemnationem.
- 3 Lex debet esse possibilis, hoc est, ut possit obseruari ab illis, quibus datur.
- 4 Episcopus licet non possit condere statutum contra ius commune, fallit tamen ex causa euidenti & necessaria.
- 5 Tempore necessitatis quis potest se & animal suum saturare de fructibus terra alienius, nec propterea committit furtum, sed & alia plura ratione necessitatis concessa referuntur.
- 6 Frangere ieiunium ob metum mortis à tyranno comminata, nulla est culpa, nisi tyrannus in contemptum legis ad id cogere, tunc enim tenetur Christianus votis mori.
- 7 Tolerantia superiorum plurimum operatur, ut hic vide. nu. 21. & 22.
- 8 Pro casu dano licitum est frumentum carius vendere, quam Regis pragmatice taxatur, dum tamen pro eo, quod vere & realiter constat, vendatur, habita etiam ratione laboris, industrie & administrationis, & deportationis, ut infra nu. 10. & sequentibus.
- 9 Pragmatica taxa panis iustissima & sanctissima est obligatioque transgressores ad peccatum mortale & excessus restitutionem.
- 10 Lex humana secularis tunc obligat in conscientia, quando constat de intentione legislatoris id volentis.
- 11 Principi & Reipublicæ possunt precia rebus statueri atque taxari, præcipue omnium veltigalibus.
- 12 Frumentum tempore abundantie non potest vendi ampliori precio quam iusto & communi accidentali, minori etiam quam à legibus Regis sit taxatum.
- 13 Communis populi consensu est, quæ precium rebus imponit, quod absque noua causa excedi non potest.
- 14 Vendentes frumentum & vinum possunt vel corruptum, quod parum valet plus iusto precio, quamvis infra taxam pragmaticam huius Regni, peccant mortaliter & ad excessum iusti precij restitutionem tenentur.
- 15 Excessus iusti precij in frumento, in grano & farina est certus, nempe quod ultra taxam & iura portationis exigitur, in pane autem cocto ex: ejus erit, quod ultra precium eidem à iudicibus, vel Reipublica taxatum fuerit, & quid quando est taxatum.
- 16 Moderatum lucrum in pane cocto, quod dicitur.
- 17 Panis coctus siue triticum populi non debet ita carius taxari, nec vendi sicut quod foris asportatur.
- 18 Excessus taxæ debet restitui domino cui fuit ablatas, & in defectum ipsius pauperibus erogari.
- 19 Iudex in taxatione panis cocti non tenetur nec debet considerare, nisi precium commune tritici, ut valet in hoc

reo publico, & expensas, quæ communiter fieri solent, & iuxta id assignare precium pani cocto cum moderato lucro.

- 20 Idem seruare debet priuatus, quando à Republica taxatum non est precium pani cocto, etiamsi data sit omnibus facultas vendendi illum, ut poterint.
- 21 Injussu, permissu, & tolerantia Regis, vel Consilij Regali, & aliorum superiorum, quando in hoc excesset? & nu. mer. 22.
- 22 Leges penales non tantum obligant ad poenam, sed etiam ad culpam, vel venialem, vel mortalem, ut in exemplis hic positis.
- 23 Nulla prorsus lex penalis est, quæ non obliget ad culpam, nisi contrarium constet de intentione legislatoris.
- 24 Lex penalis duplex est, una pure penalis, alia mixta, & utraque ad culpam obligat.
- 25 Pragmatica taxa panis non sunt pure penales, sed mixta, ut hic.
- 26 Falsum est diuersum commune habere: Nullam legem penalem obligare transgressorem eius ad aliquam culpam.
- 27 Leges Regias taxantes precia frumenti magno & misro ingenij artificio & consideratione conditas fuisse ostenduntur.
- 28 Concilium ciuitatis, vel villa, potest diuites oppidanos compellere, ut sibi pecunias mutuent pro emendo tritico tempore necessitatis, deficientibus facultatibus ararj publici eiusdem concilij.
- 29 Frumentum vendi non potest pro precio, quo existat, iustico, si excedat taxatum à pragmaticis Regis, & per contrarium non tenetur vltiori vendere, si minoris sibi existat, ut in nu. 33.
- 30 Res non potest vendi semper quanto est precio, insuper & quanti existat cum lucri accessione, ut hic late.
- 31 Comparans carius frumentum, quam legibus Regis taxatur, non potest in eodem precio vendere petenti, cum tamen sciam facere potest illius emptiois antequam sibi triticum tradatur.
- 32 Iuraportationis frumenti hodie sunt aucta ad decem nummos pro qualibet sacca frumenti pro singulis leucis, eaque exigere possunt, non solum tragarj, sed etiam quicumque domini frumenti quibusdam diligentis seruatis.
- 33 Etiam non obseruatis prædictis diligentis, prædicta iura portationis exigere possunt in conscientia, veritate & concurrente.

Pragmatic. taxæ panis, sub l. tit. 25. lib. 5. Nox Collect. Regiæ.

QVÆSTIO CLXXX.

Quæro primo, circa literam & præxin pragmatiarum hujus Regni statutum certa quedam & determinata, diuersa tamen precia, tritico, hordeo, tryphæ, hoc est, Alcentens, & alijs 1 feminibus, item farinæ & pani cocto, an in locis oppidisque sterilibus, Como en los desierra, & similibus, vbi non seminatur, nec metitur propter asperitatem terra, obligent, vel eis non obstantibus possit frumentum & cetera vendita in dictis locis ultra precium à prædictis legibus, taxatum: insuper & panis coctus: ultra taxam moderandam à concilio eorundem populorum, ipsorumque Reclorum & Gubernatorum, vel si non sit taxatum, nec moderatum precium panis cocti ab eisdem propter maximam penuriam panis, sed potius praconio, vel alias edictum, ut quilibet vendere possit ad libitum, prout vulerit, an hoc aliquam excusationem præbeat ipsi venditoribus ultra precium

in sum vendentibus panem in prad. locis, nec ne? Et quia haec quaestio valde contingens atq; frequens est in hoc Episcopatu Ciuitatis. (quod non laudo) & sapientissime inter doctissimos & Sacre Theologiae, & vtriusq; juris Professores discussa, ideo latius aliquantulum eam examinabo, vt veritas, & quid tenendum sit, manifeste aperiar, ita vt Deo Optimo Maximo aliquod gratum obsequium prebetur, & animę fidelium, qui Deum & proprias conscientias suas timere velint, à laqueis Daemonis liberentur: quia ipse tanquam leopugnans ciuitati, quarens quem deoret, cui resistendum est fortiter in fide, vt dum lucem habemus, caute ambulemus, vt filij lucis simus.

Et primo videtur dicendum, hoc licere in terminis nostrę quaestiones absque peccato, nec obligatione restituedi excessum (necum pena temporalis, a qua quilibet causa, quamvis iniusta, excusat, iuxta glossam communiter receptam, in l. si quisque, ff. de in iur. vocad. gl. 1. in si similes in l. verbo, hoc iudicium, in si si quis vis de cent. non obtemper, vbi communiter Doct. Rol. a Vall. conf. 57. n. 1. & segg. lib. 1. vbi quomodo hac procedat) quia leges hęc cum sint penales, non videntur obligare in conscientia ante condemnationem, iuxta glossam communiter approbatam, in cap. si auctores, v. quęst. 2. & quod lex penalis in dubio non obliget ad æternam, late pluribus comprobatur Doct. Nauar. in Manual. Hispan. cap. 23. n. 56. & seg. Adde Capollam conf. ciuil. 13. in cap. in causa que, n. 4. vers. pro quo facit, & loco prouerbij à multis celebrati nullam legem penalem obligare illius transgressorem ad culpam aliquam: quia facis est, quod transgressus legem, exponat se periculo pœnæ per impossibile tandem Nauar. vbi supra, n. 85. & 86. tenez in terminis nostrę taxę panis, quod intentio legislatoris pœnam imponens transgressoribus eisdem taxa, non sic obligandi ad peccatum mortale: & sic quod vendens triticum, vel aliam rem, cui certum precium à lege est taxatum, precium coram Deo iusto, non peccet mortaliter, quamvis excederet prædictam taxam tantum, quantum iustitia naturalis permittit, præterquam si venditio fuerit plus iusto precio notabiliter, quamvis infra prædictam taxam, vt contingit in vendentibus panem vel vinum corruptum, quod parum valet, quia hoc casu violat legem naturalem & diuinam, tandem nonnulla alia profert verba, quibus insinuare videtur prædictam taxam panis continere iniustitiam, eo quod sit æqualis omnibus triticis bonis & malis, nouis & veteribus, sanis & corruptis illius loci & provincię vbi est abundantia, & ejus, vbi penuria, &c. Quibus ultimis verbis loqui videtur in casu nostrę quaestiones, nampe vt in locis in quibus est penuria panis, quia ibidem non seminatur frumentum, non obliget d. l. in sua taxa in conscientia. Adde quod hi ad suam intentionem fundandam allegant, quod iustū precium non secundum voluntatem Regis rebus est imponendum, sed secundum indigentiam similiter & paucitatem, atq; abundantiam earum, & numerum emptorū & venditorum, ac proinde quo maior est indigentia, maiorque rerum penuria, maiorque etiam emptorum numerus, minorque venditorū, non magis crescit valor rei & precij ejusdem, vt omnes consentiunt: Velle igitur vt prædicta pragmatica vult, quod his, quę dicta sunt Indies crescentibus, precium tritici non crescat, sed eodem semper vendatur, & idem in ceteris feminibus videtur inhumanum & iniustum: precium enim rerum ut ait Aristoteles, humana indigentia mensurat.

Secundo & principaliter eadem pars permissius probari videtur: quia in nostra l. tit. 25. l. b. 4. Nonne Collect. Regie, continet pragmaticam taxę panis Regij Philippi anni 1548. latam, excepit nonnulla loca & oppida, atq; provincias, in quibus ipsa lex non debet intelligi, vt

constat ex eadem, ibi: La qual dicha taxa queremos, y es nuestra voluntad que no se entienda en el nuestro Reyno de Galicia, &c. & reddit rationem. Porque estas dichas prouincias y tierras se prouen de acarreo de otras partes: y porq; el pan que viene por mar de fuera de otros Reynos, si buuiesen de guardar los que lo traexesen la dicha taxa podria dexar de venir, de que resultaria gran falta y danno a muchos de las dichas costas y puertos: Quæ lex in hoc est iustū, secundum Mexiam ibid. conclus. 3. n. 18. fol. 61. Sed eadem rationes in hac lege scripte in dictis locis exceptis militant in casu, & in terminis nostrę quaestiones, nampe, in prædictis locis, vbi triticum hordeum & typha non seminatur, & incolę eorum prouidentur frumento, quod foris alportatur, & præterea si prædicta taxa in prædictis locis obseruanda esset, damna plurima resultare possent, quia fame perirent: ergo idem jus statui debet ibi, & in locis, in quibus militant eędem rationes, argum. l. illud, cum similibus, ff. ad l. Aquil. Præterea ex ratione expressa in lege licita est extensio, etiam in correctorijs, iuxta tradita per Doct. communiter in athen. quas actiones, C. de sacrosan. Eccl. f. Imo hoc casu prædicti non erit extensio, sed comp. ehenso, vt late in simili quaestione ad nostram legem pluribus probat Mexia super eadem ipsa conclus. 2. n. 9. & 10. & segg. quę & hanc partem etiam aliquo modo fouere videtur, ipsa tamen non refero, quia sunt congesta per eum. Hocq; præcipue procedere videtur in conscientia, in cuius foro iudicatur iuxta veritatem tantum, & non ex prescriptionibus, in quibus lex ciuilis solet se fundare. Si igitur demus oppidum aliquod, vbi propter asperitatem & sterilitatem terrę triticum vel alia huiusmodi non possunt seminari, sicq; sit summa penuria panis, & pro visio ejus foris aduenit, jam constat de veritate penurię, ac per consequens sicut in casibus exceptis ab eadem pragmatica, ibidem etiam non erit intelligenda, nec seruanda eisdem rationibus. Cui concinit, quod in confirmationem supradictorum tradit Mercado super hac eadem pragmatica, vers. vltimante, dicens, prædict. exceptiones illius legis fuisse rationabiles. Porq; los puertos y minas salnitre cañi todos las costas suelen ser por la mayor parte tierras aseriles para sembrar, y algo salitres: mas no corriendo la taxa, son por tierra, y por vnay bastantemete proueydus con la dcha coadicia del vniuers. Nam hoc idem contingit in locis, de quibus est nostra quaestio: ergo idem jus in eis statuendum est.

Tertio, hæc eadem pars permissius fundatur, quia si aliud diceremus, homines illorum oppidorum, vbi est talis sterilitas, fame perirent, sicque obseruantia legis taxę panis ibidem est impossibilis, impossibilium autem nulla est obligatio, vt in regula juris vulgari, lex enim debet esse possibilis, hoc est quod possit obseruari ab illis, quibus datur, vt latissime comprobatur & declarat doctissimus Alphons. à Castro, lib. 1. de potest. legum parul. cap. 1. colum. 2. & sequentibus, in magna impressione. Sic etiam videmus, in iure plura ex causa permitti, quę alias regulariter sunt prohibita. Nam primo habemus casum singularem, l. si hominem, Digest. mandat. vbi procurator ex iustis causis, quas ibi textus exprimit, potest contrauenire speciali prouisione domini. Ex quo textu inquit eleganter Bal. in l. omnes 4. populi, col. 4. n. 8. ff. de iustitia & iur. quod licet episcopus non possit condere statuta contra jus commune, fallit tamen ex causis euidenti & necessaria: quam decisionem sequitur Abbas in cap. si clericus, §. de adulterijs, n. 9. de iudic. & alij velati per Bernard. Diaz de Lugo in regula 228. folio 140. ad si. & Petrum Duennas in regul. 248. limit. 2. vbi agit an hoc sit verum, & ex illo textu alia plura decidunt Doctissim. quę cumulat additio Abbatis vbi supra, & Felin. in cap. 1. num. 47. & sequenti consuet.

Secundo

Secundo, in iure habemus, quod patet ob necessitatem famis potest proprium filium vendere, qui alias cum sit homo liber, videri non potest, l. 1. §. 2. C. de patribus, qui filius d'fratris, quibus conuenit l. 7. & 8. in. 17. pag. 4. vbi quod comedere eum potest in casu illius legis propter necessitatem famis. Tertio, ob eandem necessitatem licet alienare vasa Deo dicata, & illis familia, l. sancimus nemini, C. de sacrosan. Eccl. Menoch. de arbit. iudic. casu 182. nu. trigesimo. Quarto, propter necessitatem frugis licitum est furari, & sic furando non dicitur quis peccare, e. d'ciuitulos, de consecratione, distinctione 3. quinta, resoluti late S. Thom. 2. l. 2. q. 66. art. 7. Et ideo inquit tex. in e. quicunq; vbi Maub. de Aff. in primo no. 24. de pac. tenend. quod rēpore necessitatis quis potest se & animal suum laturare fructibus terrę alterius, nec propterea committit furtum, nulla enim omnino necessitas fami par est. Deterrimum enim genus mortis famem esse pronunciauit Homerus libro 1. Quinto, quia ob causam necessitatis multa permittuntur, quę alias non concederentur, cum legibus non reguletur, de quo in e. quicunq; de consuet. & in cap. non est licitum, de reg. iur. quę & alia familia congerit Roland. à Valle consil. 56. libro quarto, & alia Mexia in hac leg. Reg. in 5. concl. n. 65. Cum ergo hæc ita se habeant & necessitate lege carere solitum sit dici, consequens esse videtur, vt ex prædicta causa necessaria, nempe famis subueniende, lex prædicta taxę panis impune transgredi possit, imo ipsa non obliget eo casu, aliud enim dicentes, aut negare videbuntur salutem corporalem vel spiritualem, illam quia denegarent alimenta, argumento l. ne careat, ff. de lib. agnos. c. hanc, obligando transgressores ad pœnam æternam, neutrum autem est ascendendum. Nā leges Dei suauis sunt ac mites, nec enim obligat cum periculo salutis corporalis, vt pluribus exemplis comprobati potest: Scillo præcipue de obligatione & præcepto Ecclesię ieiunandi. ceteris temporibus anni sub reatu mortis culpę, & in eo de audiendo rem diuinam Dominicis & aliis festiuis diebus. Nam his legibus atque diuinis præceptis minime tenetur infirmus, qui abique periculo lalutis proprię ea adimplere non possit. Idem in eo, qui horas Canonicas recitare tenetur, vt notum est. Idem in correctione fraterna, vbi timeretur potius damnum corporale quam emendatio: nam hoc casu non obligaret, vt omnes de hac re agētes fatentur Imo si tyrannus mortem alicui minaretur, nisi ieiunium frangeret, nulla porro esset culpa illud tunc frangere, nisi tyrannus in contentum legis ad id cogeret: tunc enim tenetur Christianus potius mori, secundum Dominic. à Soto libro primo de iustitia & iur. iur. q. 6. artic. 4. pag. 53. vbi asserit, quod nec lex diuina cum ea acrimonia nos abusu obligat: quia nemo tenetur nec se nec filium suum cum periculo mortis baptizare, aut alia suscipere Sacramēta, quinimo credit Ecclesiasticas leges nunquam obligare tanta cogendi vehementia, nisi quando vel contentus eiulde legis interveniret, vel iniuria fidei vt ibi probat. Iugū enim meum suauis est, & onus meum leue, vt testatur Dominus & creator omnium. Ait prætereo idem Omnipotēs Discreti à me, quia mitis sum, &c. Si ergo hoc ita se habet in legibus & præceptis diuinis, ad quorum obseruantiam strictiori iure tenemur, idem à fortiori dicendum erit in legibus humanis secularibus, quarum vis atq; vigor iure diuino originem ducit, iuxta illud, Per me Reges regnant, & iustitia discernunt, &c. Quare lex humana, quę nutritiva videtur peccati, obseruanda minime est, provt talis videtur esse hæc, de qua agim' 7 in casu nostrę quaestiones.

Quarto, hanc eandem partem conadiuare videtur tolerantius permissio, licentia atque consensus iudicum secularium, quia ob prædictam summam necessi-

tatem atque sterilitatem ne subditi alias fame pereant, providentes suę Reipublicę, gregique sibi commissio tanquam boni pastores, & publicę personę id sustinent atque dissimulant, vel potius permittunt atque indulgent, & transgressores minime puniunt, ex quo videntur violationi dictę pragmaticę consentire, & eam vim in posterum habere nolunt: hoc enim modo solent humanę leges per oppositam consuetudinem abrogari. Facit, quod tradit Auend. libro primo, capite secundo præf. n. 4. fol. 29. col. 1. vbi inquit, quod Corretos licet iuraverit implere mandata Regia, potest tamen non implere aliquid mandatum ex iusta causa: Præterea non est credendum Principem scientem & tolerantem transgressionem huius suę legis sine punitioe transire, cum ea transgressio non sit contra legē diuinam, nec naturam, & cum possit abique magno in convenienti punire, vel ei contradicere, hoc nõ faciendū, sed potius dissimulando velle hanc legem obliuiscere. Item pro tunc, tali tempore loco vel casu, esset enim alias illaqueate animas credentium cum huiusmodi tolerantia liceret fieri contra hanc legem, & sic Princeps videretur esse in culpa, quia præberet occasionē peccandi si prædicta consensu interpretacione latentem non haberet, vt tunc non obligaret præfata lex. Hoc autem non est dicendum, iuxta tradita per Sylu. in summa verb. lex. quęst. 6. & verb. consuetudo. q. 6. & 7.

Quinto, pro hac parte facit, quia à communiter accidentibus, illo tempore necessitatis & sterilitatis carius exiit triticum alportantibus illud ad ea oppida, vbi est ingens penuria ipsius, quā lege Regia sit taxatum, sicque agunt de damno evitando, quare pro eo cauendo in conscientia licitum erit abique reatu peccati & restitutionis (quamvis nõ in foro exteriori) carius vendere triticum quam peccio in eadem pragmatica contento, dum tamen pro eo quod vere & realiter sibi constitit, illud vendant, ut concludit Mexia in presenti pragmatica taxę panis, concl. 2. in glossis ipsius, cum Nauar. quem referi in dict. Manual. c. 23. n. 86. Quod si aliud plus exigat ratione laboris, industriae, & administrationis & deportationis huius legis videtur, vt tenet idem Mexia dict. 2. concl. in vers. I tam bien se infiere. Quandoquidem negotium Reipublicę utilissimum gessisse videtur, & obsequium eidē præstitisse, quia ratione licitum est campioribus ultra sortē recipere atque exigere, vt omnes fatentur.

His omnibus non obstantibus, provt verè non obstant, contrarium procul dubio est tenendum in nostra quaestione, imo quod nullo modo, nec ratione, nec tempore sterilitatis, vel necessitatis frumenti, nec vilo in loco vel parte horum Regnorum (Auzi, sear, de Sierra) præterquam in pragmatica Regia exceptis, liceat in conscientia ultra precium taxatū à Regia Maiestate aliquid recipere pro frumento, hordeo, & aliis feminibus in eadem taxatis, nec pro pane cocto ultra precium moderatū à Republica eiulq; gubernatoribus, nec tolerantia iudicum ordinatorū & Magistratuum, atque Conciliorum ipsorum oppidorum, quinimo nec consensus & expressa licentia seu preconiium, quo omnibus facultas impartitur vendendi ad libitum, aliquid operabitur, nec transgressores excusabit à reatu peccati mortalis & restitutionis excess' ipsis partibus lætis, si certe sint, faciēda, quod si inerte, pauperibus, sed quod nihilominus ad id teneantur.

Primo, hæc verissima sententia probatur per pragmaticam ann. 1548. taxę panis, quę est hodie l. 1. tit. 25. lib. 5. Nonne Collect. Reg. quę generaliter in omnibus his Regnis certum quibuldā, in ea nominatis locis & prouincijs, certum ac moderatum precium frumto statui precepit, vt nullus ultra id vendat sub certis pœnis in eo contentis, quę lex cum concernat bonum publicum



Merced. super hac *l. 2. in vers. pero si el iue* vbi fingit exemplum huiusmodi moderati, nempe si triticum valeat nouem panis coctus, vt plus vedatur quatuordecim, moderando duos argenteos & dimidium pro interesse licito & moderato lucro. Mexia autem in *presenti, 4. concl. n. 25. fol. 71. col. 1. & in 5. concl. n. 19. fol. 100. col. 1. & iterum fol. 130. pag. 1. col. 3. gl. Ganancia exillimat*, iustum & moderatum lucrum in proposito censeri quintam partem laboris totius, *De lo que saliere, y se cõprare el grano, y la de mas costa hasta cozerlo*. Argumeto *l. 2. tit. 21. lib. 3. Ordinar. ver. in casu non ab simili loquere*. Sed hoc nimis excessiuum lucrum videtur: quare illud certius & securius existimo, vt attendatur ad modum ordinemque quem Respublica gubernatoribus; horre suiue depositi publici solent seruare, absque fraude tamen, quoties triticum ejusdem datur panificis, hoc est, *A panaderas para maslar y vender coxido*, certo precio assignato, quo eis liceat eundem panem coctum vendere, vt idem respectus habeatur in proposito, nempe vt si illius faneca tritici datur quatuordecim argenteis eo pacto, vt binas libras panis cocti vedant quidecim dipondij, vel alias: & sic in singulis binis libris panis cocti cõcedatur pro moderato lucro vnus dipodius, plusve: ita isti qui frumentum ex deposito non acceperunt, sed illud aliunde emerunt, hanc eandem considerationem & rationem lucris obseruent: idem si Respublica plus quã dictum est solita sit concedere pro lucro pred. panificis. Quo fit, vt panis coctus & tritici populi non debeat taxari vel vendi adeo carius, sicut quod fors asperatur ratione expensarum pro leuicis itineris, & excessus traxæ debet restitui domino, cui fuit ablatas, & in defectum ipsi pauperib. erogari vt in proposito Cordou. *vbi supra, d. quæst. 78. in vers. Y assi desta premarica*: Adde ego idem in excessu lucri moderati arbitrio boni viri, quãdo non est facta taxa publica d. panis cocti, vt prædicabam modo quãdoquidem talis excessus nõ est licitus, sed potius contra l. Vltimam; in effectu tenet Mexia in hac Regia *pragm. concl. 5. n. 19. & in 4. concl. n. 26. addit Merced. vbi supra, 6. 2. in vers. T publicada, &c.* quod t̄ iudex in taxatione panis cocti nõ tenetur nec debet cõsiderare nisi pretium cõmune tritici, vt valeat in horreo publico, & expensas, quæ communiter fieri solent, & iuxta id assignari pretij panis cocti cuiusmodi modo d. quod si vitra hoc alicui carius exstitit aliquo casu vel respectu particulari vel accidentali, nõ ideo taxa Ciuitatis inualidatur, nec eam seruare obligatus desinit venditor, quãvis damnus in eõsentia: idem ergo seruare debet priuatus in venditione panis cocti, quando à iudice vel Republica taxatus non est, etiãsi data sit omnibus facultas vendendi illum pro vt poterint: nam nihilominus excedere non poterit moderatum lucrum habita consideratione pretij communis in horreo publico cum expensis nulli fraude cõmixta.

21 Hanc t̄ tamen tenendam sententiam limitat Cordou. *vbi supra*, quando Rex vel consilium Regale, vel præses, vel Rector prouinciæ eius nomine scriberet vel iuberet, vt per tales personas vel in talib. oppidis vel locis possit vendi frumentum vel panis coctus, vel farina tali pretio, vel, vt poterit, & ob id non puniatur, vel si Rex & sua iustitia nihil dicat, sed taceat, & non puniat transgressores, cum tamen possit eos cõpellere ad portandum frumentum, idq; vendendum pretijs taxæ cõmunis & eos aliud faciẽtes punire absque magno scãdalo & incõuenienti, & nihilominus hoc nõ facit, quinimo dissimulat cõ eis, vt Respublica, quamvis carius magis abundet frumẽto: nam his duobus casib. existimat ipse vendentes carius quam prædictis legib. sit taxatum, non peccare, nec ad restitutionem teneri excessus, secus si tacido & dissimu-

lando omnes transgressores nõ puniat, sed aliquos, quia sine magno scãdalo & incõuenienti eos cõpellere non potest, &c. quia tunc transgressores non excusantur. Hæc tamen limitatio tunc meo iudicio vera erit quando Rex expresse, vel consilium Regium vel præses prouinciæ cum speciali licentia principis hoc permittet, concederet, & præciperet, alias secus, cõpotius videamus contrariã quod semper Regius Senatus, quoties de hac recõsultur, iubet, vt hæc pragmatica seruẽtur cum suis penis, & solent cõcedere iudices speciales, & rescribere ordinarijs locorum, vt transgressores harum pragmaticarũ puniant, vt constat ex ipsismet pragmaticis Regijs supra citatis, & præterea sepe ac sæpius pred. transgressores puniunt, Præses nãq; Prouinciæ nõ poterit absq; pred. expressa licẽtia & mãdato Regio eis cõtrauenire: tolerãtia igitur & dissimulatio ejusdem nec omisso punitionis aliquorũ transgressorum huiusmodi, esto in notitiam Principis ejusq; Consilij Regalis supremi perueniat, excusabit eosdem vel alios, qui teneantur ad penam peccati mortalis, & restitutionis: quãdoquidem huic tacitæ voluntati, quæ ex præd. omissione & dissimulatione conicitur, contraria expressa repugnet voluntas, ejusdemq; Principis cõtenta in præd. suis Regijs pragmaticis, totis suis virib. prohibent ipsas quoquo modo violari, & quoties petitur ab eo ipsiq; Consilio Regali exsequutio dictarum legum, & punitio transgressorũ earundem, libenter id cõceditur, sicque multi puniuntur. Si igitur aliquando alij transgressores impuniti manent, scilicetibus etiam iudicib. Regijs, præd. omissione contingit, quia non est qui punitione petat nec denũciat, nõ vero quod velit Princeps abrogari vllõ pacto suis legibus, quãdoquidem & alia grauiora delicta impunita etiam remanere soleant, aut defectu partis, quæ accuset vel denunciaret, vel quia ipsa probari legitime nequeant, etiã si in iudicio deducatur, vel etiam precibus, vt vel metu, & nihilominus ex hoc legib. id prohibẽtib. & puniẽtib. nullo modo derogatur, quin quoties casus succedit, & iudicẽ quis adeat & interpellat, ab eõq; iustitiam petat, ipsa cum rigore fiat atq; ministretur: nisi ergo expresse & specialiter derogatum fuerit per Regem vel suum Regale Consilium suo nomine de ipsius licentia in particulari vel generali his pragmaticis, ipsæ non sunt transgrediendæ aliquo modo.

22 Si tamen in aliquo loco ita cum venditoribus dissimularetur, vt omnibus vel majori parti illius loci vendentium permitteretur triticum pro voluntate vendere sciente legillatore, & consentiente, non dubitat Merhym. *vbi supra, d. quæst. 6. vers. ad quartam*, pragmaticam vim obligandi amississe: idem si annuente Principe esset abrogata, vt constat ex Doct. *Sot. lib. 4. de iustitia & iur. quæst. 8. art. 4. pag. 464. col. 2.* vel non recepta ab omnibus, sciente superiore, quia tunc talis lex non ligat, secundum Mexiam plures referentem in præsent. *in d. 3. concl. n. 18.* Si tamen non ita dissimulabant, quin plures in eodem loco legem violantes punirent, sicut panisuisse asseritur, & communiter videmus, non videtur tunc legem vim suam amississe, quin omnes in illo loco legem transgredientes peccarent, & restitute tenerentur: esto quod ij, cum quibus iudices dissimulabant, essent à pena legis immunes, secundum Methym. *vbi supra*, hoc autem minime consentit Princeps, sed semper contradicit, & mandat puniri, puniunturque plures, quamvis alij eussent impuniti rationibus prædictis, & ita est tenendum, quicquid Mexia, *vbi supra, in d. 3. concl. & ibi in gl. n. 18.* contrarium tenet.

Non obstant modo fundamẽta supra adducta prima parte, & primo quod illæ penales non obligant in

in conscientia ante condemnationem, &c. Nam primo respondeo, quod leges penales non tãtum obligant ad penam, sed etiam ad culpam, vel mortalem, si pena transgressoribus per legem illam imposita talis & tanta sit, quæ non nisi pro culpa mortali soleat aut debeat infligi, qualis est excommunicatio, mors, degradatio, priuatio Ecclesiasticæ sepulture, membri mutilatio, carcer perpetuus, vel omnium bonorũ publicatio, exilium perpetuum, & alie similes, vel his deficientibus constat alias de intentione legillatoris violentis transgressoris obligare ad culpam mortalem, pro vt cõtingit, quãdo vitur verbis precepti aut prohibitionis: vel ad venialem saltem culpã, cum pena leuior sit, quia pena necessaria presupponit culpam, saltem venialem: consequens igitur est, vt quantumcunq; lex penalis sit, ad culpã saltem venialem obliget, nempe, quando res super qua disponitur, non est gratis, nec constat de intentione legillatoris contraria, nec vltus fuit prædictis verbis precepti vel prohibitionis, vel æquipollentibus, vt late per Alphons. *d. Castr. lib. 1. de potest. leg. penal. c. 5. in 4. document. per totum.*

24 Quinimo nulla prorsus est lex penalis, si legitime sit penalis nominanda, quæ non obliget ad culpam, nisi contrariam intentionem expresse, dicendo, nõ intendimus obligare ad culpam, aut quid simile, vt tenet S. *Thom. 2. 2. qu. 108. art. 4.* vbi eam conclusionem, vt cetera omnia luculenter dilucidat, & est lumine naturali notissima, vt testatur *Doct. Sot. lib. 1. de iust. & iur. q. 6. art. 3. pag. 55. & 56.* eam late probans & reprobas distinctionem contrariam Henrici Gauden. *quolibet 3. qu. 22.* vbi etiam prædicta exempla refert penam, quæ non nisi pro culpa mortali solet & debet imponi, quamvis Alphons. à *Cast. lib. 4. de potest. leg. pen. c. 5. per tot.* latissime probet atque defendat distinctionem Henrici, nempe legem penalem, quatenus talis est nunquam ex se obligare ad culpam mortalem, quamvis aliquando ratione grauitatis penam inuatur illum, cui pena imponitur, esse aliunde ad culpam obligatum. Vnde quamvis lex mere penalis sit, & respectu illius penam non obliget in conscientia ante condemnationem, iuxta receptissimam omnium sententiam, attamen culpa manet quam transgressor scilicet incurrat, iuxta *Beati Thomæ & Soti sententiam, vbi supra.*

25 Secundo respondeo, prædicti primo fundamento duplicem esse legem penalem, alteram pure penalem, quæ nihil prorsus aliud constituit, quam penam infligere eis, qui aliquid fecerint, vel fecerit neglexerint: alteram vero penalem mixtam, quæ postquam de moribus aliquid statuit, postea etiam penam decernit aduersus ejusdem transgressores, vnde quicquid sit in transgressorib. legis pure ac mere penalis, quos obligari ad culpam non est dubium, secundum Thom. & Sot. *vbi supra*, attamen obligatio legis penalis mixte, respectu ejus partis, quæ de moribus aliquid statuit, nõ tollitur per additionem illius partis, quæ penam etiam imponit, sed manet eadem legis ad culpam obligatio quæ esset, seclusa pena, aliquãdo major, hoc est, moralis, aliquãdo minor, hoc est, venialis: iuxta variam legillatoris intentionem expressam vel subintellectam ex qualitate & quantitate penæ, vt modo dicebamus, vt optime probat Alphons. à *Cast. lib. 1. de potest. leg. penal. c. 2. in princ. per nonnullas voluntates.*

26 At vero nostræ pragmaticæ Regiæ taxantes pretij frumẽto, non sunt pure penales sed mixte, habent enim duas partes: altera est, quæ pretium frumẽto constituit, altera, quæ iubet ne quis frumẽtum carius vendat sub certa pena ibid. contenta: ergo quãvis harum legum violatores non teneantur in conscientia ad huiusmodi penam ante condemnationem, tenentur tamen in conscientia frumẽtum carius nõ

vendere, quam nostris legib. taxatum sit, idq; ratione legis naturalis, & diuinæ, quibus homo tenetur rem non carius vendere, quam valeat: valet autem quantum per publicam auctoritatem fuerit taxatum. Igitur quã carius, quam sit ordinatum, vendiderit, nulli dubium quin peccet contra l. naturalem & diuinam illã, quæ habet, vt nemo locupletetur cum iactura aliena, vt in *l. nam hoc natura, cum similit. ff. de condit. indeb. hanc, Non factum facis*, quia qui contrectat alienum, furatur: in super & contra l. humanam præcipientem ne carius vendatur, ac per consequens excessum tenebitur restituere ante sententiam: Cũ igitur leges nostræ sint iustæ, & super re graui bonum publicum concernent, & taxatione pretij, consequens est vt ultra penam obligent in conscientia ad culpam mortalem & excessus restitutionem, vt fuit probatum supra in primo fundamento nostræ tenendæ sententiæ.

27 Nec t̄ obstat diuerbium commune, nempe, nullam legem penalem obligare illius transgressorem ad culpam aliquam, quia satis est quod transgrediens legem, exponat se periculo penæ, quia id erroneum ac falsum, vt latissime probat Alphons. à *Cast. lib. 1. de potest. leg. penal. cap. 8. per totum*: Præterea, etsi verum esset, proceret tantum in lege pure penali, non vero in mixta, pro vt est nostra frumẽto taxans pretium, per supra dicta.

28 Non obstant etiam rationes Nauar. in *d. l. M. arnal. c. 2. n. 34.* quibus moueri videtur ad tenendam contrariam sententiam, nempe, nostras pragmaticas esse iniustas, vel saltem insufficientes, quia æquale constitunt pretium omnibus frumentis, cuiuscunq; qualitatis sint, & in quibusvis locis, &c. & ideo eas in conscientia minime obligare: nam respondeo, has quidẽ leges magno & mino ingenij artificio & cõsideratione conditas fuisse, cõsideravit enim legillator, quo prætio exstare posset rustico vel agricultori, quælibet faneca frumẽti in omnibus locis, & cõsiderata locorum varietate, statuit vnũ majus pretium commune omnibus partibus, infra quod à communiter accidit omnibus exstare posset, ita vt etiam aliquid lucri faceret, & infra illud pretium libertatem & facultatem concessit eidem vendendi plaris vel minoris, secundum dispositionem legorum, conditionem temporum, vltra vero non, quamvis communitur in aliquo Regno vel Prouinciã de contentis in prædict. legibus amplius constitisset, cum ipse leges expresse in eisdem loquantur, vnde vera Respublica est minime admittere similes casus, vt bene, ita respondens probat Merced. *vbi supra, c. 6. vers. Algunos arguyen est a premarica*. Nec quod nostra pragmatica toti Regno non fuerit tradita (vt à nonnullis obicitur) eam vicia, nec iniustam facit, siquidem necessarium fuit per huiusmodi leges, quibusdam partibus Regni succurrere, in quibus necessitas postulauerat, non ita in alijs, vt latissime comprobatur Mexia *præfati concl. 7. num. 16. & seqq.* aliterens esse iustissimam & ad omnibus esse ad lictam obseruandam, aduersus Nauar. & alios tenentes contrarium, restitit idem in *3. concl. n. 18.*

Ad secundũ partis contrariæ fundamẽtu de identitate rationis militantis in casibus exceptis & præd. legib. & in casu nostræ quæstionis respondeo negando factum, quia non valet eadem ratio expressa in dict. priori pragmatica in nostro casu. Nam in casibus exceptis ab ea præter sterilitatem earum terrarum & prouinciarum longe ad eas asportatur frumẽtum, ex alijs nempe prouincijs, & quidem supra mare: quod si illud deferentes tenemus seruare taxam huius legis minime postea aliud deferret, & sic homines ibidem cõmorantes fame perirent, aut alia damna grauiaque ferretur, vt constat ex eadem lege quæ iustissima est

in hoc, & prudentissime prædicta loca & provincias excepit, vt modo dicebam, & exceptiones prædictæ rationabiles sunt, vt probat Mercad. in præf. c. 1. vers. ultima mite. At vero, en los lugares de sierra, & alijs sterilibus, vbi triticum non seminatur, de quib. est nostra quæstio, non ita ingens est necessitas, nec frumenti penuria sicut in exceptis à nostra leg. siquidem etiam si in illis sterilitas adit, artram non longe, sed prope frumentum seminatur & metitur, & ad ea defertur vendendum expensis licitis, & permissis à leg. hoc est, Con los paises que pone la l. 1. infra sequentis: Quod si hoc deficiat, retores horum populorum prouideant quomodo efficiatur horreum publicum tritici. quod vulgo dicitur (Albodega y pósito de pan) ad quod vel annuū censum constituunt super bonis & proprijs conciliorum cum licentia Principis vel Consilij regalis supremi suo nomine, vt sapissime fit, vel compellant oppidanos diuites, vt mutuent sibi pecunias ad triticum emendum, quod tempore necessitatis iuste fieri potest, quoties ætariam cõmunitatis vel cõcilij pecunijs caret, vt late probat Mexia in 2. cõcl. super hac l. n. 38. & sequ. sicque opportune prouidebitur necessitati, absque eo quod lex adeo iustissima violeat. Quod si hæc omnia deficiant, occurrant Regi, vt de remedio competentis prouideat: que remedia non ita conueniunt in partibus nostra leg. exceptis. Accedit præterea, experimento conpetum esse ex permissione iudicium, vt triticū excessiuis pretijs vendatur in populis, in quib. nostra quæstio versatur, contigisse frequētissime, vt non solum in prædictis locis expendatur, sed imo in maiori quantitate ad alia loca vltiora, vbi in alijs annis solet frumentū haberi & meti, per reuenditores deferatur. si que occasio detur, vt per manus horum, atque illorum legum spreto præcepto, ac verius cum suæ propriæ salutis obliuione triticum carius vbiq; habeatur, in maximū damnum Reipublicarum horū regnorum, cū tamen præd. populi de sui natura steriles framentū facile alias illo possint prope prouideri parua diligentia & cura rectorū adhibita. Cum igitur diuersa ratio militet in proposita nostra quæstione, diuersum ius statui debet: in ea, præcipue cum eadem nostræ ll. expresse prouideant, vt in omnibus alijs partib. & populis horum regnorū seruetur præd. taxa, præterquā in exceptis d. l. 1. & tamen certissimum atq; notissimū est legislatorem & proceres, quorum cõsilio auxiliōque fuit condita, non ignorasse esse quædam alia oppida, atq; populos eorundem regnorum, vbi frumentum nõ potest seminari propter asperitatem terræ, & ad eos aliud deferri, sicque esse sterilitatem atq; penuriam tritici in eis, & nihilominus iustitiam in omnib. seruati præd. suas leges & taxas, præterquā in prima exceptis ratione forsā supra dicta: Nemo igitur præter ipsum Principem, nec in foro iustitiæ nec cõscientiæ, auctoritatē habebit alia oppida excipiendi, quam excepta ab ipso legislatore, alias facile omnes leges auctoritate priuata possent infringi, deltrui atq; præteriri, si ratione alicuius, quāvis magne, necessitatis liceret ab eis discedere, quod si in aliqua alia parte horū regnorū vel casu prædicta necessitas tritici adellet, & aliter prouideri non posset quam violando dictas ll. tunc remanet vicinum remedium recursus ad Principē, qui omnib. penfatis subditos fame perire minime sine, cum ipse eandem ob causam, & vt subditi commodius se sustinere valeant, præd. præcia frumentorum taxauerit atque moderatus sit. Non igitur eos omni remedio destituet, alias enim si subditis propria auctoritate vel magistratū ex causa necessitatis liceret prædict. præcia transgredi, cum res valde suspecta sit iudicare in causa propria, sæpe, imo frequentius propria cupiditate impulsus ac obcæcatus erra-

rent in cognitione atque dijudicatione extremæ necessitatis, talem iudicātes, quæ minime esset, in graue Reipublicæ dispendium, provt contingit. Nam volentes in suæ iniquitatis præsidium & propugnaculum habere aliq̄ doctissimum virum, & quæ consulunt, eidem plurima falsa narrant atq; supponunt, quibus attentis, si ita se res habet, ipse respondet, iuste hoc fieri potest absque peccato & restitutione, cum tamen non ipsum Doctorem, sed potius Deum (qui tamen falli non potest) ac proprias conscientias fallere nituntur, quo fit, vt postea detecta falsitate narrationis idem consultus renocet suum prius iudicium, & contrarium fatius respondeat. Nemini igitur licebit quacūque ex causa præcia prædicta excedere, propria vel magistratuum auctoritate, nisi sola ipsius legis conditoris voluntate, cum eius ius interpretari, cuius est condere, vt in regula iuris vulgaris.

Tertium etiam fundamentum non obest, quia ex modo dictis destruitur, nempe, quod præcedat, vbi causa vere necessitatis præcia est, atque aliter prouideri non possit: tunc enim auctoritate earundem legum fit, quod in hoc tertio fundamento continetur, & ideo non peccatur: At vero in casu nostræ quæstionis necessitas non est præcia: quod si talis contingat, recuratur ad Principē, qui sicut in partibus, vbi vera penuria panis est, permittit ipsum libere vendi posse absque aliqua taxatione pretij (quamvis & tunc in conscientia & iustum aliorum locorum seruari debeant venditores), idem permittet & in alijs, vbi eadem ratio militauerit, si necessitas aliter prouideri nõ possit, provt potest medijs supra dictis, quod Principis iudicio & dispositioni remanet referatum.

Quartū etiam nihil præstat, quoniam, vt supra non semel dictū est, magistratus & alij iudices inferiores præter Principem nullo modo a pacto possunt aliquid permittere, nec licitum esset pronūtiare aduersus legem superioris. Ipse autē Princeps in dubio (nisi aliud constet expresse) hoc non permittit, dissimulat, nec tolerat, quinimo semper, & verbo & scriptis respondet ac precipit, quoties de hac re agitur, vt præd. leges nostræ seruentur, & transgressores earundem seuerissime puniantur, vt constat ex præfatione ipsarū, & præcipue nouioris anni proximi præteriti 1782. & præterea sæpissime puniuntur præd. transgressores: quod si aliqui impuniti remanent, non voluntate ipsius, nec supremi Cõsilij Regalis id succedit, sed alijs ex causis quas prædixi hac eadem quæstione, supra.

Quintū fundamentum, quatenus asseritur in eo, quod potest quis vedere iuste triticum pro eo pretio, quod sibi vere & realiter stat, quamvis excedat pretium pragmaticæ: quia agit de damno euitando, vt late probare contendit Mexia d. cõcl. 2. per totam, vbi etiā quod potest venditor ultra expensas intrinsecas accipere, quod honeste meretur pro industria, & labore personali ejus, & suorum impensis, falsissimum est, atque tanquam perniciosum Reipub. rejiciendum. Nam fundamenta dict. Moderni procedunt in alijs materijs, vbi diuersa ratio reperitur, secus vero in nostra, vbi certum pretium taxatum est vnicuique frumentū, à quo excedi omnino prohibetur: tunc enim nec ratione damni emergentis, nec industriæ & laboris, nec alia quacunque ratione præterquam ab eadem l. expressa licitum erit ultra aliquid accipere sub pena peccati mortalis & restitutionis talis excessus.

Primo, quoniam in taxatione dict. frumenti facta à leg. habita fuit omnium supra dictorum consideratio, Secundo, quia si aliud diceremus, de nihilo seruiret prædicta pretij frumentū taxatio, contendentes quotidie hominibus, tempore saltē sterilitatis, vel cuiusvis necessitatis, & sæpissime fallacis, milleque fraudibus

diuis adhibitis, pluris sibi frumentum constituisse, quo fieret, vt nunquam aut rarus locus esset taxationi harum legum, sicut in conscientis, sicque legislator sua intentione esset fraudator, quod falsissimum est, atque licetæ dictarum pragmaticarum omnino contrarium: Efficeret etiam, quod si propter sterilitatē alicuius anni rustico, cõputatis expensis & industria, & proprio labore, faneca tritici pluris stare, quam lege diffinitum sit pro pretio ejusdem, provt sæpe cõtingit, posset ille pluris vendere prædict. frumentum, provt in foro cõscientiæ non esse onerandum agricolam hoc casu restitutione, modo consisteret solum in sumptibus suis necessariis sine vitio suo factis, probare videtur nouissime post hæc scripta Palat. vbi sup. pag. 58. colum. 2. quia casus hic particularis est, non comprehensus in pragmatica Regia, quæ vniuersaliter loquitur, & ad ea ipse atq; frequētius accidit. Hoc autem manifeste falsum est eisdē, quas prædixi, rationibus & illa præcipue, quod pragmaticæ nostræ dispositione sterilitatis, & ratione alia quacunque prohibent aliquid ultra pretiū taxatum recipere: ergo & principalis sententia, de qua in hoc quinto fundamento, vera non est. Quo fit, vt nec arrendatariis iacturam parientibus in suis conductionibus ex nimia sterilitate anni liceat excedere prædict. taxam, vt melius aduertit Palat. vbi sup. fol. 59. colum. 1. qui paulo post inferius eadem colum. ostendit, atque recedere ad præcedenti sua opinione videtur, existimans, quod si agricola perdit laborem, & expensas ex anni vnus sterilitate, easdem refarcire proximo viuro anno ex eius vbertate, & autiam lucrus est sufficienter ex alijs vbertatibus, ideo recompensabit iacturam vnus anni cum lucris aliorum, sicut in arrendatarijs idem auctor concluderet. Tertio, quia in hac materia falsissima est regula, si quis femper quanto emit pretio, quantumque laboris & periculorum subit, tanti velit vendere quod lucri accessione: enimvero si mercator artis negotiorum que ignarus, aut sibi fortia aduersa refluat, quia, scilicet copia mercium insperata succreuit aut alius ex causis, non patet illi extorquere expensas, quas fecit, vt probauit Doct. Soto libro sexto de inst. & iure, quæstione secunda articulo tertio, pag. 533. colum. 1. Quod si hoc verum est, quoties pretium mercibus à lege taxatum nõ est, à fortiori procedet in nostro casu, vbi certum taxatum est frumentis, quod vilo pacto, ratione vel causa excedi minime potest, vt in præd. pragmaticis, vt vtrumque probat cū alijs Frater Ant. de Cordo. in suo tractat. de casis de cõfessione quæst. 3. in vers. Tamen modo lo siso dicho fol. mibi 241. vbi addit in proposito, quod quando pretium taxatum non est à lege, communis estimatio & taxa attendenda est: quæ difficultatem sentiens Mexia super dict. 2. cõcl. num. 26. hoc nititur saluare, dicens se loqui tantum de damno & expensis intrinsecis, sine quibus frumentum colligi ac expediri non potest, secus de industria aut lucri accessione, cui & ipse aduersatur: in primis enim ipsemet sibi in hoc contradicere, nam in eadem cõcl. 2. in vers. 1. assimsim, non capiam loquitur, idem que expresse tenet, & probat ultra expensas intrinsecas, En lo que hunes se honestan e mercedo la industria, y trabajo personal cuyo de sus frutos que a cerca del pan, really verdaderamente hunes meste puesto. Præterea vtrique nec falsū, ratione namque experiarum intrinsecarum, nec industriæ nec laboris, nec alterius cuiusque damni emergētis posset venditor securi in conscientia ultra pretium taxatū ab his legibus accipere per supra dicta. Quare merito optimoq; iure omnia supradicta de hac re prædicti auctoris, ipsiusque in hoc sententia (prout non modo reuicimus) improbare que contrarium tenet, plurimisque rationibus verissimis probat Mercad. in præfati pragm.

cap. 5. per totum, vbi aperte docet, diuersum esse, quod Diuus Thomas & alij per dict. Mexiam in sui favorem adducti tenent. Eandem quoque nostram sententiam aduersus eundem Mexiam, tenet & probat Albornoz libro secundo. Del arte de los contratos tit. 16. in gloss. De los cotos y pragmática del pan fol. 78. vbi per contrarium addit, quod si minoris conflisset ei, quia præ ceteris triticum in abundantia taxato vendere. Ex his deducitur, & inferitur aberrasse eundem Mexiam in alio dicto præd. 2. cõcl. nempe dum tenet, licite posse venditores, qui comparant fanecam tritici viginti a grenteis, eisdem viginti petenti vendere: Nam vterque hoc casu venditor peccaret, vt probat Mercad. vbi sup. vers. De se sigue, vbi id limitat, & bene meo iudicio, vbi antequam tradatur triticū primo emtori, alius peccat ab eo partem eius: quia tunc licitè ei impartiri posset eodē pretio, quia potius faceret eum socium illius emtionis quā eidem aliquid de nouo vendere, alias enim solis agafonibus (hoc est Alorragineros) licitū est ultra pretium taxatum recipere expensas portationis tritici, vel alterius frumenti, non vero alijs, qui id ex officio non habent, sed domi vel alibi habent recondita prædicta frumenta, vel ex propria cultura, vel ex redditibus proprijs, vel ex alijs causis acquisitis, vt cõtinetur & deciditur in l. 2. huius ruzi, si autem sequentia. Hodie tamen hoc portationum ius nouissime ad decem numos pro qualibet faneca frumenti pro singulis leucis autum est in quadam declaratione prædict. pragmaticæ, anni 1581. facta, vbi amplius declaratur, nempe, vt non solum traginarij prædict. sed etiā alij quicunque domini frumenti possint prædict. ius habere ultra pretium taxatum ipsius frumenti, seruatis tamen quibusdā diligentis exacte circa testimonium pretij & loci, vnde entium fuit, vel deducitur, & aliorum in præfata pragmaticæ declaratione contentatum, alias fecit. Circa t quod aduertendum duxi, quod hodie hoc attentio, etiam non seruatis dictis diligentis, si tamen reuera emtor vel dominus tritici ex illo loco, vbi id dicere emisse & deduxisse, verè emit & deduxit, & in ceteris etiā veritati nitatur, poterit in foro cõscientiæ (vbi sola veritate inspecta iudicatur) quamvis non in iudiciali, impune absque peccato, & restitutionis obligatione illa iura portationis iusta, & vera habere & recipere. Et post hæc typis mandata in lucē edidit suū tractat. de contrah. & restit. præfatus Magill. Palat. qui in libr. 2. cap. pag. 61. & 62. principalem supradict. nostrā quæstionem mouet, & quamvis prius primam partem supra fundatam probare videatur, postea tamen in hanc nostram sententiam expresse condescendit.

SVM MARIA.

- 1 Pro frumento pretio taxa dato tempore penuria panis, an recipi possint alie merces viliori pretio quam cõmuni currenti in foro publico, vel an id per contractum vniuersalium, do ut des, fieri licite possit. Latissime agitur per totam quæstionem & resoluitur hoc siens non posse nisi iuxta pretio datur, ut in num. 14.
- 2 Remuneratio licita est.
- 3 Donatio remuneratoria fieri potest inter iudicem & subditos.
- 4 Merces ultronea vilesunt.
- 5 In fraudem pragmaticæ taxa panis faceret, qui frumentū pretio taxato daret, & venderet hac pacto, vt emtor etiam ab illo emeret rem aliam carius quam valeat cõmutare.
- 6 Contractus permutationis & cambij ratione fraudis etiā re ipsa inuenientis, vt quia notabiliter laditum aliorū pars, rescindi debet, & fraudans scienter peccat mortaliter, & tenetur reparare damnum laeso.